entencion fue de lo fazer, por mengua (b) que auia, e non por reuocar la manda.

(a) L. 2, tít. 5, lib. 3 del F. R.
(b) Esto es, necesidad.

LEX XL.—Si remlegatam donat testator, videtur revocasse legatum, secùs si vendat, aut permutet, vel pignori dedit. Hoc dicit.

(1) *Desatase*. Adde l. 17. suprà, eod. et quæ ibi dixi, et facit quod si testator fecit majoriam de pluribus rebus, et postea voluntariè alienavit aliquam rem ex eis, quia fortè dedit secundo filio, quod etsi postea eam rehabeat, non reincidat in majoriam, l. *cum servus*, D. *de adim. legat.* Bart. in l. 3. C. *de legat.* et item si venditio fuit nulla, secundùm Bald. in rubric. C. *de verb. signif.* vers. *sed quid si testator*.

Quid autem, si testator reliquit majoriæ domum suam principalem, quam postea vendit, et aliam enim; an empta subrogetur loco primæ? Videtur quod sic, argumento hujus legis, et per ea quæ notat Bartol. in l. *placet*, D. *de liber. et posthum.* in materia posthumi instituti. Et quid si testator instituit filios suos hæredes, et in unum ex eis fecit majoriam de certis rebus, et de tali re quæ tunc erat aliena, sub conditione si fuerit sua tempore mortis, quia fortè cogitabat illam emere, emit eam postea, et tradit illi filio, in quem faciebat majoriam; an videatur tradere, ut sit majoria, vel an intelligatur defecta conditio? Dic, quod erit majoriæ, l. *talem*, D. *de hæred. instituend* juncta glossa in verbo *palam*, est in §. 1. et vide l. *Lucius*, D. *de legat.* 2.

LEY XLI.—Como se desata la manda, si la cosa de que es fecha, se pierde, o se muere (a).

Si la cosa que ouiesse mandada el testador a otro señaladamente, se perdiesse despues, o si se muriesse, sin culpa del heredero (1), desatase porende la manda, e non seria tenudo el heredero de la cumplir. Pero si dubdassen, si se perdiera aquella cosa por su culpa del heredero, o si fuera traspuesta, o escondida con su sabiduria; estonce, deue el dar tal recabdo (b), que si paresciesse aquella cosa, que la de (2) a aquel a quien fue mandada. E dezimos, que estonce se pierde la cosa por culpa del heredero, quando non la guardasse, o non la fiziesse guardar, assi como las otras sus cosas (3); o si se perdio, detardando (4) a sabiendas de la dar, por non querer, o por negligencia del. E porende la deue pechar el heredero a aquel a quien fue mandada; fueras ende, si el testador ouiesse fecha manda a otro de algun sieruo (c), e despues le fallasse el heredero con su muger, o con su fija (5), e lo matasse. Ca estonce non seria tenudo de cumplir la manda, nin de pechar ninguna cosa por el, aquel a quien fue mandado tal sieruo.

(a) L. 2, tít. 5, lib. 3 del F. R.
(b) Fianza.
(c) Respecto á la esclavitud puede verse nuestra nota 1.ª á la L. 6, tít. 4 de esta Partida.

LEX XLI.—Re autem legata, perdita, vel perempta sine culpa hæredis, negligentia vel mora, non tenetur hæres, nisi ad cavendum de ea inventa tradenda, nec etiam tenetur hæres, si occidat servum legatum, cum sua uxore in adulterio deprehensum. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *cum res*, §. penult. et ultim. D. *de legat.* 1.

(1) *Del heredero*. Prosequitur ista lex notata per Azon. C. eod. in summa, col. fin. versic. *item liberatur hæres*.

(2) *Que la de*. Et sic habes, quod hæres tantum teneatur cavere de præstando rem sine culpa hæredis non apparentem, si ad eum pervenerit, non autem de persequendo rem, Gloss. in l. *si quis servum*, in princ. D. *de legat.* 2. Bart. Angel. et Imol. in dict. l. *cum res*, in princ. et nota, quod etiam tenebitur hæres persequi servum existentem in fuga, vel similem rem sumptu legatarii, et ejus periculo, l. *si servus legatus*, in princ. D. *de legat.* 1. sed an tenebitur etiam de hoc cavere? Et dicendum videtur, quod sic, per l. *servo legato*, §. fin. eod. tit. et quod sic suppleatur ista lex; ita tenent Bart. et alii communiter in dict. l. *si quis servum*, Paul. et Alexand. in dict. l. *cum res*. Et si servus legatus erat in fuga tempore testamenti, tunc hæres etiam suo sumptu eum debet persequi, l. *cum servus legatus*, D. eod. et ibi vide Gloss. et intellige, si servus ita longè absit, ut legatum esset inutile, si expensis legatarii quærendus esset, secundùm Bart. Paul. et Alexand. ibi; secùs vero si non exigeret ita magnam expensam.

(3) *Como las otras sus cosas*. Adverte, quia de jure communi in ista materia, de qua culpa teneretur hæres legatario, communiter tenetur distinctio, quam ponit Bart. in l. *cum res*, §. *culpa*, D. *de legat.* 1. videlicet, quod si ille quasi contractus, qui celebratur aditione hæreditatis, per quem obligatur hæres legatariis et fideicommissariis, fit gratia legatarii, vel fideicommissarii tantùm, quod est, quando major pars hæreditatis vadit ad legatarium vel fideicommissarium, et tunc hæres non tenetur, nisi de dolo, et lata culpa, l. *mulier*, §. *si hæres*, D. *ad Trebell.* quandoquè est celebratus contractus iste gratia hæredis, ut quando apud hæredem major pars remanet, et tunc tenetur etiam de levisima culpa, ut in dict. §. *culpa;* quandoque celebratur gratia utriusque, quia modicum plus vadit ad legatarios, quàm ad hæredem, vel è contra, et tunc tenetur de levi tantùm, l. *si servus legatus*, D. *cum quid*, D. eod. et ista distinctio fuit originaliter Petri in dict. §. *culpa,* et tenuit etiam eam Bart. in l. *quod Nerva*, fin. quæst. D. *depositi*, et quasi communiter tenetur per scribentes, prout attestatur Alexand. et Jaso in dict. §. *culpa*; Bald. tamen ibi dicit hæredem indistinctè non teneri de levissima culpa, cùm obliguetur ex quasi contactu aditionis celebrato gratia utriusque, ejus scilicèt et legatarii, l. *apud Julianum*, in fin. D. *quib. ex caus. in poss. eat.* ergo de levissima culpa non debet teneri, l, *si ut certo*, §. *nunc videndum*, D. *commodati*, l. *contractus*, D. *de regul. jur.* quæ fuit prima opinio Glossæ in dict. §. *culpa*, et illam videtur tenuisse Azo. C. eod. in sum. col. fin. ubi ponit hæc verba: Culpa autem æstimanda est, non tamen dolo proxima, sed etiam levis, et ut non prætermittat quod debet facere, et sit diligens in faciendo, quod pertinet ad rei custodiam, allegat dict. l. *cum res*, §. *culpa*. Et certè hæc lex Partitarum satis favere videtur huic opinioni, in isto verbo *assi como las otras sus cosas:* imo etiam vult singularius, quod levis culpa, de qua vult hæredem teneri, consideretur, non prout Bartolus eam diffinit, et considerat in rebus prorsus alienis, in dict. l. *quod Nerva*, col. 8. et 9. et prout etiam lex Partitarum diffinit, tit. 3. l. 3. suprà, 5. *Partit.* sed prout eam diffinit ibidem Bart. in rebus communibus incidenter, vel ex conventione, qui licèt dominium rei legatæ transeat in legatarium, adhuc tamen, cùm sit de hæreditate, non judicatur hìc prout res prorsus aliena quoad istum effectum, sicut etiam in simili dixi in l. 2. tit. 2. 5. *Part.* et nimirum, quia consideravit ista lex gratia utriusque hæredem ex quasi contractu aditionis obligatum fuisse, benè tamen placet distinctio Bartoli quæ communiter approbatur, cui noc resistit ista lex Partitarum, et probatur satis in legibus per eum allegatis, et sic concordentnr ista jura; et quia dictus §. *culpa*, non violando ejus litteram, satis probat, hæredem etiam de levissima teneri: unde tenenda videtur distinctio prædicta.

(4) *Detardando*. Si enim res legata perit post moram, perit periculo hæredis, ut hìc, et in dict. §. *culpa*, non facta distinctione, an esset eodem modo peritura penes legatarium, vel non; et ista est magis communis conclusio Glossæ et Doctor. in l. *quod te*, D. *si cert. petat.* et in l. *nemo*, §. *si post moram*, et ibi Bart. D. *de verbor. obligat.* et per Alexand. in dict. §. *culpa*. Vide quæ dixi in l. fin. tit. 2. *Part.* 5. in gloss. fin.

(5) *Con su muger, o con su fija*. Adde l. *quid ergo*, la l. §. *si hæres*, et ibi Gloss. D. *de legat.* 1.

LEY XLII.—Como se desata, o non, la manda que es fecha, de lana, o de madera, o de otra cosa semejante, si se fiziesse despues alguna lauor dellas.

Lana, o madera auiendo algund testador, si despues que ouiesse fecha manda dellas, en ante que se muriesse, fiziesse paño (1) de la lana, o fiziesse de la madera casa, o naue, o otro edificio, desatase porende tal manda, e non vale despues; porque faziendo esto,

entiendese que quiso reuocar la manda a aquel que la auia fecho. Otrosi dezimos, que si el testador fiziere manda de alguna carreta, o carro, que aquel a quien es mandada tal cosa, la deue auer con la bestia que la trae. Pero si despues en vida del testador, se muriesse la bestia (2) que la solia traer, desatasse porende la manda, e non vale; fueras ende, si el testador en su vida metiesse otra bestia en lugar de aquella que fuesse muerta, ca estonce aura la manda aquel a quien fuesse fecha.

(a) L. 2, tít. 5, lib. 3 del F. R.

LEX XLII.—Testatore ex lana vel tignis legatis, ædificium, vel pannum faciente, revocatur legatum. Et quadriga, aut curru legato debetur etiam bestia adducens currum, vel quadrigam; qua mortua, interit legatum, nisi aliam ejus loco apponat testator. Hoc dicit. Concordat D. *de legat* 3. l. *cui lana*, et l. *lana legata*.

(1) *Paño*. Prosequitur ista lex notata per Azon. C. eod. in sum. col. fin. vers. *Item liberatur hæres propter transformationem rei.*

(2) *La bestia*. Loquitur ista lex quando unus tantùm equus, vel mulus ducebat currum. Quid vero, si esset quadriga vel currus, qui duobus mulis veheretur, qui fuit legatus; an uno perempto, pereat legatum, vel debeantur reliquiæ, quæ supersunt? Distingue, an sit legata proprietas vel ususfructus; nam si ususfructus currus fuit legatus, cùm tale legatum respiciat formam rei, illa perempta deficit legatum, ut probatur in l. *quid tamen*, §. fin. ubi Ang. et Bald. et in l. *repeti*, §. fin. D. *quibus mod. usufruct. amit.* si vero proprietas legatur, tunc dic ut per Imol. et Paul. de Castr. post Bart. in l. *peculium*, §. *quadrigæ*, D. *de legat.* 2.

LEY XLIII.—Como se desata la manda, si el señorio de la cosa de que es fecha, le gana despues aquel a quien era mandada (a).

Rescibiendo (1) algun ome, en manera de donacion, aquella cosa misma que algund testador le ouiesse mandado, quier gela diesse aquel que la auia mandado, o otro qualquier que la touiesse, non puede demandarla despues por razon de aquel testamento en que le fue mandada. Pero si la cosa que fuesse dexada en testamento a otri, la diessen despues algunos otros, que non fuessen herederos del testador, al sieruo (b) de aquel mismo a quien fue mandada; estonce el señor del sieruo bien puede demandar la estimacion de aquella cosa que le mandaron, al heredero del testador, maguer que las cosas que gana el sieruo pertenescen al señor. E avn dezimos, que si aquel a quien es mandada alguna cosa en testamento, o en codicilo de otro, la ganasse despues por compra, o por cambio, de alguno que la touiesse; estonce avn, bien puede demandar al heredero del testador la estimacion della, e el deuegela pagar.

(a) L. 2, tít. 5, lib. 3 del F. R.
(b) En cuanto á la esclavitud véase nuestra nota 1.ª á la L. 6, tít. 4 de esta Partida.

LEX XLIII.—Si rem legatam recipiat legatarius jure donationis à testatore, vel alio, non potest eam petere jure legati; secùs si sit donata servo legatarii per extraneum, qui nihilominus petet æstimationem jure legati ab hærede; si tamen ex titulo oneroso legatarius rem legatam ab aliquo eam tenente consequatur, potest pretium petere ad hærede testatoris. Hoc dicit. Habuit originem à l. *si servus legatus*, §. *si id quod*, D. *de legat.* 1. et à §. *si res aliena*, *Institut. de legat.*

(1) *Rescibiendo*. Prosequitur notata per Azon. C. eod. in summa, col. fin. vers. *Item succurritur hæredi.*

LEY XLIV.—Como vale, o non, la manda, que es fecha de vna cosa en testamento de dos omes (a).

Vna casa (1), o vna viña, o otra cosa qualquier, seyendo mandada a algun ome en testamento de dos testadores, que lo fiziessen apartadamente; si acaesciesse, que aquel a quien la mandaron, que ouiesse primero la estimacion de aquella cosa del heredero del vn testador, bien puede por esso avn demandar al heredero del otro, que le de aquella cosa que le fue mandada. Mas si primeramente rescibiesse aquella cosa misma que le fue mandada, del heredero de vn testador, auiendo la possession e la propiedad della, de manera que segund derecho non gela pudiessen contrallar (2), estonce non podria demandar la estimacion della al heredero del otro que gela auia dexado.

(a) L. 2, tít. 5, lib. 3 del F. R.

LEX XLIV.—Eadem re uni in diversis testamentis legata, si prius ab uno legatarius consequitur æstimationem, ab alio rem petere potest; sed si prius rem consequitur taliter quod ab eo evelli non potest, non potest postea æstimationem petere. Hoc dicit. Habuit ortum ab *Institut. de legat.* §. *hac ratione*, et *de legat.* 1. l. *planè*, la 1. §. *sed si duorum.*

(1) *Una casa*. Prosequitur dicta Azon. C. eod. in summa, col. fin. vers. *sed et ubi res mihi legata est in duorum testamentis.*

(2) *Contrallar*. Vide D. *de legat.* 1. l. *non quocumque*, in princ.

LEY XLV.—Como, si la cosa es mandada muchas vezes en el testamento, non es tenudo el heredero de la dar mas de vna vez (a).

Muchas vegadas (1) mandando el testador vna cosa misma, assi como casa, o viña, o otra cosa señalada, a vn ome en vn mismo testamento, non se entiende que el heredero la deue dar mas de vna vez (2). Mas si acaesciere, que el testador mandasse a otro quantia cierta de marauedis, o de otra cosa qualquier que se pudiesse contar, o pesar, o medir, e en aquel mismo testamento le mandasse tanta quantia cierta muchas vezes; si aquel a quien la mandaron (3) pudiere prouar, que quantas vegadas le mando aquella quantia, tantas vegadas fue su entencion de acrescer en la manda, estonce bien puede auer todas las quantias que son nombradas en el testamento cumplidamente; mas si non lo pudiere prouar, deuese tener por pagado de la vna quantia dellas. Pero si el testador mandasse en su testamento quantia cierta de marauedis a vn ome, e despues desto fiziesse otro testamento, o otra escritura que es llamada en latin, Codicillus, en que le mandasse aquella quantia misma otra vez, estonce, se entiende, que el testador quiso fazer tal manda dos veces (4); fueras ende, si pudiere prouar el heredero, que su entencion fuera del testador, que la non ouiesse mas de vna vez.

(a) L. 2, tít. 5, lib. 3 del F. R.

LEX XLV.—Si eadem res uni in eodem testamento legetur, semel debetur; sed si legatum est in numero, pondere, vel mensura, et legatarius probet testatorem sæpius legando, voluisse sæpius deberi, ita solvetur, nisi hæres probet testatorem voluisse unam fieri præstationem. Si tamen eadem quantitas legetur eidem in testamento, et postea in codicillis, præsumitur quod testator bis eam voluit præstari, nisi hæres probet contrarium. Hoc dicit. Habuit ortum à l. *plane*, §. *si eadem*, cum sequentib. D. *de legat.* 1.

(1) *Muchas vegadas*. Prosequitur dicta Azon. C. eod. in summa, col. fin. ad fin. vers. *item succurritur hæredi*.

(2) *Mas de vna vez*. Concordat cum l. *planè*, §. *si eadem*, D. *de legat*. 1. et cum l. *Mævius*, §. *eum*, D. *de legat*. 2. et procedit secundum Joan. de Imol. Raph. Paulum et Alexand. etsi testator expressè dixisset, quod eadem res sæpiùs præstaretur; cum eadem res ex eadem causa sæpius non videtur posse præstari, vel deberi. Quid autem si testator legavit fundum Cornelianum Titio, et in eodem testamento eumdem fundum legavit servo Titii; an tunc legatum multiplicabitur? L. 14. suprà eod. facit, quod sic, et adde l. *quid ergo si majorem*, §. *si quis duos*, in fin. et in l. *servo meo*, in princ. D. *de legat*. 1. neque refert secundum Paul. de Castr. in dict. §. *si quis duos*, circa fin. quid prius fuerim consequutus; nam, etsi prius rem consequar, possum agere ad æstimationem ex persona alterius, quia non obstat regula de duabus causis lucrativis, cùm habuerunt oriri ambæ in personam ejusdem de directo, sed habeant per obliquum; istud tamen limitat et intelligit Paul. de Castr. post Dinum in dict. l. *planè*, §. *si eadem*, vers. *item quæro*, hoc esse verum, si appareat quod testator voluit pluries præstari, vide ibi. Quid etiam, si primo legavi tibi partem fundi, postea lego tibi fundum? Paul. de Castr. in dict. § *si eadem*, respondet; quod non videatur secundò legare, nisi eam partem, quam prius legaverat; licèt secùs esset secundum eum, si hæres meus legavit tibi fundum, cujus ego legaveram partem, quia videtur sentire de alia parte non debita, per textum quem dicit notabilem in utroque dicto, in l. *Mævius*, in princ. D. *de legat*. 2. et commendat multum primum dictum, dicens quod prima facie quilibet diceret contrarium. Alexand. tamen ibi videtur in hoc primo dicto tenere contra Paulum, imo quod legando secundo loco fundum, videatur legare totum, et non illam partem, quam primo legavit: vide ibi per eum.

(3) *A quien la mandaron*. Vide in dict. l. *planè*, §. *sed si non corpus*, D. *de legat*. 1. et quod habetur in l. *Sempronius*, D. *de legat*. 2.

(4) *Dos vezes*. Concordat cum l. *quinquaginta*, aliàs incipit, *quingenta*, D. *de probat*.

LEY XLVI.—Si el testador manda a otri algun su sieruo en tal manera, que se sirua del, non se entiende que gelo da del todo.

En tal manera faziendo el testador manda a algun ome, como si dixesse: Mando que fulano mio sieruo (a), que sirua a tal ome. Por tal manda como esta non se entiende (1), que aquel a quien es fecha la manda, puede auer propriedad, nin señorio en el sieruo; mas aura en su vida el seruicio del tan solamente, e despues que el muriere, deue tornar el sieruo al heredero del testador.

(a) Respecto á la esclavitud puede verse nuestra nota 1.ª á la L. 6, tít. 4 de esta Partida.

LEX XLVI.—Si testator legat alicui, ut servus suus ei serviat, intelligitur ad vitam legatarii dumtaxat. Hoc dicit. Habuit ortum, à l. *uxori fructu*, D. *de usufr. legat*. §. ult.

(1) *Non se entiende*. Concordat cum l. *uxori fructu*, §. fin. D. *de usufr. legat*. quem casum dicit ibi Albericus de eo alibi non recordari.

LEY XLVII.—Como si alguno manda a otro carta, o escritura de debdo que le deuan, entiendesse que le manda aquel debdo que le deuian.

Carta, o escritura alguna, que fuesse fecha sobre debda que deuiessen al testador, seyendo la carta atal, que se pudiesse el debdor prouar por ella; si tal carta mandasse el testador a algun ome, entiendese que le manda aquel debdo (1), que le deuen por aquella carta. Otrosi dezimos, que si algun testador ouiesse a dar quantia cierta de marauedis a algun ome, e dixesse assi en su testamento; que mandaua a otro alguno que fuesse su debdor, que los marauedis que le deuia, que los pagasse aquel otro; por tal manda como esta non se entiende (2) que aquel que deuia auer los marauedis del testador, que los podria demandar a aquel su debdor, a quien mando que gelos diesse; mas bien puede pedir al heredero del testador, que le constriña al otro, de manera que gelos faga dar, e el heredero (3) ha poder de lo fazer.

LEX XLVII. — Potest legari instrumentum debiti, et intelligitur per hoc debitum legatum: si tamen testator mandet, quod debitor suus solvat debitum testatoris creditori, non potuit ob hoc agere creditor testatoris contra debitorem, sed contra hæredem, et hæres contra debtorem, ut solvat creditori. Hoc dicit. Habuit originem secunda pars à l. *servo legato*, §. *si testator*, D. *delegat*. 1.

(1) *Aquel debdo*. Concordat cum l. *servum filii*, §. *eum qui chirographum*, D. *de legat*. 1. et hoc ideo, quia si legatum chirographi hoc non importaret, nullam utilitatem legatum afferret; unde si quis renuntiaret instrumento, non ex hoc videtur renuntiare debito in eo contento, sed probationi, quam faceret instrumentum, secundum Bald. in l. *Labeo*, §. 1. D. *de pact*. allegat l. 3. C. *de fid. instrum*. et si lex vel statutum annulat instrumentum, non videtur in dubio annullare contractum seu obligationem, sed tantùm probationes per instrumentum, Joan. de Imol. Raphael, Paul. et Alexand. in dict. §. *eum qui chirographum*, contra Bald. ibi et in l. *hujusmodi*, §. *si ita*, D. eod. et vide per Paul. de Castro 2. vol consil. 5. incipit, *notandum est quòd præfatum statutum*, et per Decium consil. 17. incipit, *viso puncto*.

(2) *Entiende*. Adde l. *si cui legetur*, §. *si Titio*, et l. *servo legato*, §. *si testator*, D. *de legat*. 1. et l. *fideicommissa*, §. *interdum*, D. *de legat*. 3.

(3) *El heredero*. Cujus contemplatione testator fecit, ut à debito liberaretur, et sic ille agit ex legato, cujus interest, licèt verba legati ad eum non dirigantur, ut in dict. §. *si testator*, et in dict. §. *interdum*, et §. *si Titio*, et vide quæ tradit Socin. cons. 73. vol. 3. in 4. dubio.

LEY XLVIII.—En que tiempo, e en que lugar, pueden demandar las mandas (a).

Fazen los omes mandas a las vegadas de cosas ciertas señaladas, assi como quando dize el testador: Mando a fulano ome, mio sieruo (b) que assi ha nome; o, mio cauallo que es de tal color; o otra cosa qualquier que le mandasse, señalandola de manera que puedan saber ciertamente, qual es; dezimos que la manda que fuesse fecha de tal cosa, como sobredicho es, que la puede pedir aquel a quien fue mandada, luego que el heredero entra la herencia (1) del testador, en alguno destos tres lugares (2), o alli do morare el heredero, o en el lugar do fuere la mayor partida de los bienes del testador, o en otro lugar qualquiera que fuere fallada la cosa, de que fizo el testador la manda. E en qualquier destos lugares do fuere demandada, la deue entregar (3) el heredero; fueras ende, si el testador nombrare lugar cierto, do sea dada la cosa, ca estonce alli deue ser dada, do el ouiesse mandado (4) que la diessen. Otrosi dezimos, que si el heredero mudare la cosa mandada de vn logar a otro engañosamente, por fazer daño a aquel que la deuia auer, si esto fuere prouado, estonce la deue aduzir a su costa aquel lugar (5) onde la traspasso, e darla a aquel que la deuia auer. E esto deue ser guardado en las cosas señaladas, de que faze manda el fazedor del testamento. Mas las otras cosas que son mandadas, de que faze manda generalmente (6), assi como quando dize el testador: Mando a fulano vn sieruo (c), o vn cauallo, non diziendo qual; o si le mandasse quantia cierta, de alguna cosa que se pudiesse contar, o medir, o pesar; dezimos, que la manda que fuesse fecha de alguna de las cosas sobredichas, que la puede pedir aquel a quien fuere mandada, en aquel lugar do morare el heredero; o alli do fuere la mayor partida de los bienes del testador; o en otro logar qualquier, do el heredero començare a pagar (7) las mandas; o en aquel logar do el testador las mandasse pagar (8). E sobre todo dezimos, que en aquel tiempo, e en aquella manera deuen ser pagadas las mandas, que el testador mando señaladamente en su testamento, que las pagassen. E los pleytos de las mandas, deuen los Judgadores ante quien vinieren, librarlos derechamente, e sin alongamiento (9), e sin escatima ninguna.

(a) L. 12, tít. 5, lib. 3 del F. R.

(b) (c) En cuanto á la esclavitud véase nuestra nota 1.ª á la L. 6, tít. 4 de esta Partida.

LEX FINALIS. — Species purè legata statim adita hæreditate potest peti in loco domicilii hæredis, aut ubi est major pars hæreditatis, vel ubi est res, et ibi est tradenda, nisi testator locum ubi traderetur, expressit; et si hæres malitiosè transportet eam, suis sumptibus eam reducat. Legatum autem in genere, pondere, numero, vel mensura contentum, potest peti in loco domicilii hæredis, vel ubi est major pars hæreditatis, vel ubi hæres solvere incœpit legata, seu ubi testator solvi jussit. Et causa legatorum est breviter absque malitia terminanda. Hoc dicit. Habuit ortum tota ista lex, à l. *quod legatur*, et à l. *si fideicommissum*, in princ. D. *de judic*. et à l. *cum res*, D. *de legat*. 1.

(1) *La herencia*. Vides ergo, quod ad perfectionem et complementum legatorum, ut possint peti, requiritur aditio hæreditatis per hæredem scriptum, ut hìc, et in l. *eam quam*, C. *de fideicommis*. hodiè verò dic, ut in l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordinam Regal*.

(2) *Tres lugares*. Prosequitur ista lex tradita per Azon. C. *ubi fideicomm. peti oportet*, in summa.

(3) *Entregar*. Imo in loco, ubi res est, ut in l. *cum res*, D. *de legat*. 1. in §. 1. et in l. *sed et si suscepit*, §. *si ea*. D. *de judic*. dic quod in quolibet istorum locorum debet tradi: si tamen petitur extra locum, ubi res est, debet hoc fieri expensis legatarii, et ejus periculo, ut in l. *si res*, et l. *nisi si malit*, D. *de rei vendic*. et vide supra eod. l. 38 in princ.

(4) *Mandado* Vide in dict. l. *cum res*.

(5) *Aquel lugar*. Et adverte, quia etiamsi tempore mortis alibi sit res, ita quod si de illo loco non amoveretur, liberaretur hæres eam præstando in loco illo; si tamen illam inde amovit dolo vel culpa, non liberaretur, etsi velit eam reducere, et præstare in loco illo, sed tenetur reducere eam ad locum, ubi fuit actum, si legatarius velit, ut probatur in dict. l. *cum res*, vers. *sed si alibi*, et ibi ita intelligit Paulus de Castro, et sic ista lex intelligetur, nisi alibi legatarius velit sibi dari, in loco scilicet, ubi hæres convenitur ratione fori. Ista tamen lex Partitarum videtur huic dicto adversari, cùm noluit ultra punire dolum vel culpam hæredis, nisi ut suis expensis reducat rem in eum locum, à quo amovit.

(6) *Generalmente*. Adde l. *quod legatur*, §. *præsterea*, et l. *si fideicommissum*, in princ. D. *de judic*. et in dict. l. *cum res*.

(7) *Començare a pagar*. Adde l. *si fideicommissum*, §. fin. et l. *quamvis*, et l. *sed et si*, 1. responso D. *de judic*.

(8) *Las mandasse pagar*. Vel ubi verisimile est eum voluisse, quod solveretur, ut si dicat centum modios ex illo horreo, nam ibi voluit præstari, ubi est horreum, l. *quod legatur*, et l. *sed et si suscepit*, §. 1. D. *de judic*. et in dict. l. *cum res*.

(9) *E sin alongamiento*. Adde cap. *illud quoque*, in authent. *de hæred. et Falcid*. et ibi Gloss. et Angel. et an ad solutionem legati procedatur via executiva? Vide per Rodericum Suarez in repet. l. *post rem judicatam*, D. *de re judic*. vers. *sextus casus*.

TITULO X.

DE LOS TESTAMENTARIOS QUE HAN DE CUMPLIR LAS MANDAS (a).

Testamentarios son llamados aquellos que han de seguir, e de cumplir las mandas, e las voluntades de los defuntos, que dexan en sus testamentos. Onde, pues que en el titulo ante deste fablamos de las mandas, queremos dezir en este de los Testamentarios, que las han de cumplir. E mostraremos (1), que quiere dezir Testamentarios, e a que cosas tienen pro, e en que manera deuen ser puestos. E que poderio han en las mandas, e en los testamentos. E como deuen cumplir la voluntad del finado, e fasta quanto tiempo. E quien los puede apremiar que las cumplan. E quien deue entrar en el logar dellos, para cumplir el testamento, si por su culpa lo ouieren a sacar de sus manos. E que pena deuen auer los testamentarios, quando maliciosamente alongassen de cumplir las mandas del testamento.

(a) LL. 8, 12, 13 y 14, tít. 5, lib. 3 del F. R.—L. 4, tít. 2, y Ley única, tít. 5, lib. 5 de las OO. RR.—L. 1, tít. 12; LL. 5, y 6, tít. 18, y LL. 10 y 11, tít. 21, lib. 10 de la N. R.

TITULUS X. DE EXECUTORIBUS TEXTAM.

(1) *Mostraremos*. Latius exorditur, quam Jacob. de Aren. qui fecit tractatum de istis, dividens illum in quatuor partes, de quo mentionem facit Joan. And. *in addit. ad Speculat*. tit. *de instrumentor. edition* §. *nunc verò aliqua*, in princ.

LEY I.—Que quiere dezir Testamentarios, e a que tienen pro, e en que manera deuen ser fechos.

Cabeçaleros, e Testamentarios, e Mansessores, como quier que han nomes departidos (1), el oficio dellos vno es; e en latin llamanlos Fideicommissarios (2), porque en la fe, e en la verdad destos (3) omes tales, dexan, e encomiendan los fazedores de los testamentos el fecho de sus animas. E tienen grand pro estos atales, quando fazen su oficio lealmente, ca se cumplen, mas ayna por acucia dellos, las mandas que son puestas en los testamentos. E puedenlos establescer para esto, estando ellos presentes ante los fazedores de los testamentos, e aunque lo non sean (4).

LEX I. — Dicitur executor testamenti, cui testator committit factum animæ suæ; et prodest, quia per eum citius impletur testatoris voluntas: et potest constitui executor testamentarius, sive sit præsens, sive absens. Hoc dicit.

(1) *Nomes departidos*. Dicuntur etiam executores, et divisores, et distributores, vel dispensatores, vel ministri, ut tradit Specul. in tit. *de instrument. edition*. §. *nunc verò aliqua*, col. 3. vers. *porrò*.

(2) *Fideicommissarios*. Sic vocat eos Hubertus de Bobio in l. *nulli*, C. *de Episcopis, et cleric*. et Accursius in l. *uxorem*, D. *ad leg. Cornel. de fals*. et in l. *si quis pro redemptione*, C. *de donat*. et in l. *Divus*, D. *si cui plus quàm per leg. Falcid*.

(3) *En la verdad destos*. Unde et isti sic electi à testatore præferuntur Episcopo, ut in authent. *de ecclesiastic. tit*. cap. *si quis autem*, collat. 9. non tamen poterit testator prohibere Episcopum, ut non impediat se contra executores testamenti malè agentes, ut notat Abb. in cap. *tua nobis*, *de testam*. et quid si testator nullum reliquit executorem? Dic quod poterit judex tunc ipsum dare, secundum Bartol. in l. 3. D. *de aliment. et cibar. legat*. Item etiam per statutum civitatis deputari executores testamentorum, vide Bald. in authent. *hoc amplius*, 2. column. C. *de fideicommiss*. et Felin in cap. *ecclesiæ S. Mariæ*, col. 40. *de constit*. Item nullo executore nominato hæredi competit executio, etiam in his quæ ad piam causam relinquuntur, ut in cap. 3. *de testam*. vide infrà eod. l. penult. si ta-